

TERTIA SUCCESSIO regum Argivorum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Inachus, Phoroneus, Apis, Argus, Criafus, Phorbas, Triopas, Crotopus, Sthenelus.

Gelanor successit: quo pulso deinceps Inachidis Danaida successerunt.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Danaus, Lynceus, Abas, Proetus, Acrifus.

Anno Periodi Julianae 3402. regnum a Perseo Mycenarum translatum, cum Argis regnatum esset annos 546.

QUARTA SUCCESSIO Regum Mycenarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Perseus, Sthenelus, Eurytheus, Atreus & Thyestes, Agamemnon, Egisthus, Orestes, Tifameneus & Penthilus.

Mycenarum regnum tenuit annos 210, ac defuit anno 3611.

Ab Inacho ad illius finem anni 756.

QUINTA SUCCESSIO Atheniensium Regum, ac Prætorum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Cecrops, Cranaus, Amphictyon, Erichthonius, Pandion, Erechtheus, Cecrops, Pandion, Ægeus, Theseus, Menestheus, Demophon, Oxyntes, Aphidas, Thymoetes, Melanthus, Codrus.

Hactenus Reges.

Sequuntur Archontes perpetui.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Medon, Acastus, Archippus, Therippus, Phorbas, Megacles.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Diognetus, Pherculus, Aripbron, Thespius, Aganctor, Æschylus, Alcæon.

Hactenus Archontes perpetui.

Archontes decennales.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Charops, Ælimedes, Clidicus, Hippomenes, Leocrates, Apfandrus, Eryxias.

Colliguntur Atheniensium regum tempora a Cecrope ad Codrum anni 488. A Cecrope ad Eryxiam finem anni 874.

SEXTA SUCCESSIO Lacedæmoniorum Regum ex Pausania Lacon

Prima Dynastia.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Lelex, Myles, Eurotas, Lacedæmon Jovis F. cujus uxor Sparta, Amyclas Lacedæmonis F., Argalus, Cynortas, Oebalus, Tyndareus, Castor & Pollux, Menelaus, Orestes, Tifameneus.

Sub hoc Heraclidæ Peloponnesum occuparunt.

LACEDÆMONIIS DEINCEPS regum familia imperarunt duæ.

Prima familia Eurysthenidarum, sive Agidarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Eurysthenes Aristodemii F., Agis Eurysthenis F., Echestratus Agidis F., Labotas Echestrati F., Dorystus Labota F., Agestilus Dorystii F., Archelaus Agestilai F., Teleclus Archelai F., Alcamenes Telecli F., Polydorus Alcamenis F., Eurycrates Polydori F., Anaxander Eurycratis F., Eurycrates Anaxandri F., Leon Eurycratis F.

15 Anaxan-

SEPTIMA SUCCESSIO Regum Corinthiorum ex Pausania.

Prima Dynastia Sisyphidarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Sisyphus, Ornytion Sisyphi F., Thoas Ornytionis F., Damophon Thoantis F., Propodas Damophontis F., Doridas & Hyantidas.

Sub his Heraclidæ Peloponnesum invadunt.

Secunda Dynastia Heraclidarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Aletes, Ixion, Agelaus, Prymius.

Tertia Dynastia Bacchiadarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Bacchis, Agelastus, Eudemus, Aristodemus, Agemon, Alexander, Telestes, Automenes.

Fiunt ab Alete ad Automenem, anni cccxxiii.

OCTAVA SUCCESSIO Regum qui in Latio regnarunt.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Picus Saturni F., Faunus, Latinus, Demaratus Aristonis F., Leorychides Demarati F., Archidamus Zeuxidami F., Agis Archidami F., Agestilus Archidami F., Eudamidas Archidami F., Agis Eudamidae F., Eurydamidas Agidis F., Epiclidas Leonidae F., Aventinus, Procas, Aimulius, Numitor.

Hujus anno secundo Romulus Urbem condidit.

Romanorum Regum laterculum habes lib. x. cap. xxi.

Q99 3

NONA

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Anaxandrides Leonis F., Cleomenes Anaxandridæ F., Leonidas Anaxandridæ F., Plistarchus Leonidæ F., Plistoanax Pausaniae tutoris Plistarchi F., Pausanias Plistoanæ F., Agefipolis Pausaniae F., Cleombrotus Pausaniae regis F., Agefipolis Cleombroti F., Cleomenes Cleombroti F., Areus Acrotati F., Acrotatus Arei F., Arcus Acrotati F., Leonidas Cleonymi F., Cleombrotus gener Leonidæ, Cleomenes Leonidæ F., Agefipolis Agefipolidis F.

ALTERA LACEDÆMONIORUM regum familia Proclidarum, quæ & Eurypontidarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Procles Aristodemi F., Sous adoptatus a Procle, Eurypon Soi F., Prytanis Eurypontis F., Eunomus Prytanidis F., Polydectus Eunomi F., Charillus Polydecti F., Nicander Charilli F., Theopompus Nicandri F., Zeuxidamus Archidami F., Anaxidamus Zeuxidami F., Archidamus Anaxidami F., Agaficles Archidami F., Ariston Agaficlis F., Demaratus Aristonis F., Leorychides Demarati F., Archidamus Zeuxidami F., Agis Archidami F., Agestilus Archidami F., Eudamidas Archidami F., Agis Eudamidae F., Eurydamidas Agidis F., Epiclidas Leonidae F.

NONA SUCCESSIO REGUM Macedoniae de qua vide lib. ix. cap. xxxviii.

Table with columns for Regni, Anni regni, Per. Jul. quibus inierunt, and names of rulers from Caranus to Perceus.

Defuit Macedoniae regnum anno Per. Jul. 4546. postquam tenuit annos dccxxxvii.

DECIMA SUCCESSIO Seleuci posterorum, ac Syriae Regum.

Table with columns for Regni, Anni regni, Per. Jul. quibus inierunt, and names of rulers from Seleucus Nicator to Epiphanis F.

Table with columns for Regni, Anni regni, Per. Jul. quibus inierunt, and names of rulers from Demetrius Soter Seleuci Philop. F. to Antiochus xii. Asiaticus Pii F.

Defuit hoc regnum circa annum 4648. Colliguntur anni Syriae regum cccxlvi.

UNDECIMA SUCCESSIO Ptolemaeorum Aegypti regum.

Table with columns for Regni, Anni regni, Per. Jul. quibus inierunt, and names of rulers from Ptolemaeus Lagi F. to Cleopatra.

Regnatum est a Ptolemaeis annis cclxxxv.

DUODECIMA SUCCESSIO regum Pergami in Asia.

Table with columns for Regni, Anni regni, Per. Jul. quibus inierunt, and names of rulers from Philetarus spado to Attalus Eumeneis F.

Moriens Attalus anno Per. Jul. 4581. Urbis dcxxi. populum Rom. heredem reliquit. Itaque tenuit ista successio annos cclii.

XIII SUCCESSIO Pontificum Judaeorum.

Table with columns for Regni, Anni regni, Per. Jul. quibus inierunt, and names of high priests from Aaron to Jeddoo.

Table with columns for Regni, Anni regni, Per. Jul. quibus inierunt, and names of rulers from Onias 1. Iaddi F. to Joazarus Simonis F.

Jos. lib. xviii. cap. xv.	64	Eleazarus Boethi F.	Ab Archelao, A. 471.			sephus indicat, qui ipsum ab Herode Chalcididis rege in ordinem ait esse redactum, forte anno uno praefuit.	
Jos. lib. xviii. cap. i.	65	Jesus Siaz F.					
Jos. lib. xviii. cap. i.	66	Joazarus iterum.					
Jos. lib. xviii. cap. i.	67	Ananus Sethi F.	Anne Christi 6.				
Ibid.	68	Ismael Fabi F.	Christi 16.	Ibid.	76	Josephus Caneii F. anno Claudii v. ut ex Josepho colligitur.	Christi 45.
Ibid.	69	Eleazarus Anani F. anno 1.	Christi 17.				
Ibid.	70	Simon Canuthi F. anno 1.	Christi 18.	Jos. lib. xx. cap. i.	77	Ananias Nebedai F. ab Herode creatus.	
Ibid.	71	Josephus Caiaphas annos xvii. Jonathan Anani F.	Christi 19. Christi 36.	Jos. lib. xx. cap. vi.	78	Ismael Fabi F. ab Agrippa junior.	Christi 54.
Jos. lib. xviii. cap. vi.	72	Theophilus Anani F.	Christi 36.	Id. cap. vii.	79	Josephus Cabeii Simonis F. ab Agrippa factus.	Christi 60.
Jos. lib. xviii. cap. v.	73	Simon Boethi F. cognomento Cantheras, ab Agrippa factus anno 1.	Christi 41.	Id. cap. vii.	80	Ananus Anani F. tribus tantum mensibus.	Christi 61.
Jos. lib. xviii. cap. i.	74	Matthias Anani F. ab Agrippa factus anno 1.	Christi 42.	Ibid.	81	Jesus Damnai filius.	Christi 61.
Jos. lib. xviii. cap. i.	75	Elionaeus Cithai F. anno 1.	Christi 43.	Ibid.	82	Jesus Gamalielis F.	
Jos. lib. xviii. cap. i.	76	Simon Cantheras secundò, ut Jo-	Christi 44.	Ibid.	83	Matthias Theophili F.	
				Ibid.	84	Phanasus tempore belli Judaici.	

Josephus lib. xx. cap. viii. Pontifices ab Aarone ad Phanasum numerat lxxxiiii. Quare nostra computatio cum illo satis congruit; ut & illa distributio: cum ab Aarone ad templum xiiii. fuisse scribit. inde ad captivitatem Babylonicam, xviii. Sed ab hac epocha ad Antiochum Eupatorem non nisi xv. interponit: nos duos amplius legitimos invenimus. Alcimo praetermissio. Restat convenit & numerus ab Herodis initio ad excidium Templi: qui est Pontificum octo & viginti.

Postremò nec illud omittendum est, Josephum lib. xx. cap. viii. postquam Jesum Damnai F. ab Agrippa juniore Pontificem factum esse scripsit, exautorato Anano; statim Ananiam Pontificem subjicere: *ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας τὸν ἐκείνου ἡμετέροις ἡμεῖς πρὸς τὸν δόξαν. Ἀνάνιος Ποντίφex ἐν ταῖς ἐπισημασίαις.* Atqui paulò post Jesu Damnai F. substitutum refert Jesum Gamalielis F. Quare Pontifex dicitur Ananias, quòd aliquando Pontificatum gessisset.



APPENDIX OPERIS DE DOCTRINA TEMPORUM VETERUM QUORUMDAM OPUSCULA continens, de celebrandi Paschatis ratione.

Epistola sancti Proterii Alexandrini Episcopi ad beatissimum Papam Leonem Romanae urbis Episcopum de ratione Paschali.

DOMINO meo dilectissimo fratri, & confacerdoti, Leoni Proterius in Domino salutem. Piiissimus, & fidelissimus Imperator noster Marcianus literis ad nos nuper venerabilibus usus est; quibus asseruit aestimare quosdam, non diligenter adscriptam diem festi Paschalis, quae per octavam Indictionem futuram Deo praestante celebranda est. Verumtamen non velut à se commotus hoc indicavit; sed quae scripta tuae sanctitatis accepit; & praecipue oportere nos causam diligenter inquirere, adhibita nimis tenuissima scrutatione, quae multum sollicitudinis, ac studii contineret. Quapropter negligendum non fuit, quo minus statim negotium ventilarem: quando ex illo jam tempore, quo commemoritium tuae venerationis accipi, plurimam curam rei hujus habuerim: nunc legales libros inspiciens: nunc antiquorum doctorum instituta contingens; ex quibus possibile est hujusmodi compositum investigare solentius. Sumens etiam & centenam cursum Paschae descriptum à beatissimo patre, & Episcopo nostro Theophilo; omnemque decurrens, ita reperi diligenter integrèque compositum, ut quicumque ille sit, auctoritatem scripturae hujus quolibet modo reprehendere, ac vituperare non possit. Erat enim inconsequens virum ita vigilantem, Deo carissimum, divinarum etiam ditatum scientia scripturarum, in negotio tam magno ac necessario, praetermissio diligentiae labore, potuisse delinquere. Sed forte, sicut tua sanctitas scribit, mendosi codicis, aut scriptoris Librarii error est; & propterea nos oporteret diem sanctae illius festivitatis transferre, quae abiit. Celebratur autem ita potius, ut centenarius annorum cursus ejusdem beatissimi patris nostri & Episcopi Theophili continet; qui antiquorum paginis omnino concordat; id est xxix. die mensis Pharmuti juxta Aegyptios, qui est viii. Kalendas Maias. Et nos enim, & tota Aegyptia regio, atque Oriens universus, sic ipsum diem celebraturi sumus, Deo praestante. Ut autem non arbitremur absolute quae nobis videtur scribere, seu velle firmare, inserimus etiam causas huc epistolae, quibus tua sanctitas forte asstimet, non se debere reprehendere Aegyptiorum Ecclesiae veritatem, quae mater hujusmodi laboris existit, diligentèque conscripsit. Olim quidem Dominus per Moysen tempus Paschale significavit dicens: *Custodi mensum novorum, primum hunc esse pronuncians: sicut iterum dicit: Mensis iste vobis initium mensum, primum erit in mensibus anni: & facies Pascha Domino Deo tuo xiv. die mensis primi.* Sed qui hac per Moysen locutus est Dominus, plenitudo Legis existens, quando dignatus est homo fieri, quinta feria, xiv. Luna mensis primi in cenaculo cum Discipulis Pascha manducans, paulò post à Juda traditur: & sequenti die, xv. Luna crucifigitur; id est vi. feria, & ad inferos descendens, ac dispensationes salutis nostrae perficiens, vespere Sabbati lucecente Dominico, resurrexit à mortuis, in quo die Lunam xv. primi mensis, juxta Hebraeos, existisse manifestum est. Nos ergo Christiani non solum xiv. Lunam in Pascha requirimus. hoc enim Judaei facientes sine festivitate sunt. sed etiam resurrectionis diem Redemptoris nostri, qui est xv. Luna praefati primi mensis novorum, sollicitius observamus. Quae si eodem modo plenilunium superoc-

currerit quinta Sabbatorum, quando Salvator Pascha cum discipulis manducavit, omne tollitur ambiguum. Quia verò Luna cursus ad Solis cursum inaequalis est, & xiv. Luna Paschalis in die Dominico saepe contingit: non est autem possibile tunc festum celebrare: sed nec pridie, Sabbato Luna xiiii. jejunium solvere: in septimanam sequentem differendum est; maxime cum habeamus intra eam xv. Lunam, quando, sicut scripsit Apostolus, *Pascha nostrum immolatus est Christus.* xiv. namque Luna primi mensis juxta Hebraeos, ut superius dictum est, JESUS Pascha typicum manducavit: sequenti sexta feria, xv. Luna, ut ovis occisionis cruci pro nobis affixus est: & vespere Sabbati lucecente Dominico, xvii. Luna resurrexit à mortuis. Quia ergo in solennitate futura Paschali, per octavam Indictionem, xxii. die dominico Parmothi mensis novorum, qui est xv. Kal. Maii, occurrerit xv. Luna die Dominico, in septimanam differre convenit subsequenter. Habentes enim intra eam triduanum mysterium, hoc est xv. Lunam, quando crucifixus est Christus, quartadecima coherentem, nec non xvi. & sequentem septimam decimam vigesimo quidem xviii. die mensis Parmothi, qui est ix. Kal. Maii, jejunia solvemus vespere Sabbatorum. sequenti verò lucecente Dominico xxix. die mensis ipsius Parmothi, qui est viii. Kal. Maii, festivitatem sincerissime celebrabimus. Nam & praesens temporibus, si quando die Dominico xiv. Luna reperta est, in sequentem septimanam est dilata festivitas. sicut in octogesimo nono, & nonagesimo tertio anno à Diocletiani probatur imperio. Sic enim & tunc beatissimi patres nostri fecisse declarantur. In octogesimo quidem nono anno ab imperio Diocletiani, superflite beatae memoriae patre nostro, & Episcopo Anastasio, cum xiv. Luna Paschalis xxviii. die mensis Phamenoth, id est nono Calendar. Aprilium die provenisset, die Dominico, in subsequenter translatus est hebdomadem. ita ut quinta die mensis Parmothi, hoc est pridie Calendarum Aprilium celebraretur Pascha Dominicum. In nonagesimo autem tertio anno ab imperio ejusdem Diocletiani, cum xiv. Luna Paschalis xiv. die mensis Parmothi, qui est v. Id. April. die Dominico contigisset, in sequentem item septimanam dilatio facta est: ita ut dominicum Pascha xxi. die mensis Parmothi, qui est xvi. Kal. Maii, solenniter ageretur. In centesimo quoque tertio ab imperio praefati Diocletiani, cum Luna Paschalis xiv. Parmothi xxiii. die, qui est xiv. Kal. Maii, esset die Dominico superventura, iterum septimana quaesita est, & Dominicum Pascha xxx. die mensis ipsius Parmothi, qui est vii. Kal. Maii constat esse celebratum, propter angustiam temporis imminentem. Item cum centesimo sexagesimo anno à Diocletiani imperio, xiv. Luna Paschalis Parmothi xxiii. die, qui est xiv. Kal. Maii occurrerit iii. feria septimanae, & Dominicum Pascha xxviii. die mensis ipsius Parmothi, qui est viii. Kal. Maias, tunc celebrasse meminimus. Necessè est igitur & in ducentesimo quinquagesimo anno à Diocletiani imperio in futuro Paschali festo indictionis octavae, xxii. die Parmothi, quae est xv. Kal. Maias, Luna xiv. occurrere die Dominico, in proximam septimanam, juxta praecedentem formam convenienter extendi: ut xxviii. die mensis Parmothi, qui est viii. Kal. Maias, Dominicum celebremus Pascha, propter apprehendentem rursus angustiam: sicut patres nostri fecerunt, xiv. Lunas

occurrens die Dominico differentes. Nam si **xxii.** die mensis Parmothi qui est **xv. Kal. Maias**, Luna **xiv.** sicut dixi, sapius occurrente Dominico die, Pascha celebremus, inveniemur pridie, id est Sabbato, **xxi.** die mensis ejusdem, qui est **xvi. Kalend. Maias**, **xiii.** Luna tunc existente, non ritè jejunia solvere. Nec enim in **xiiii.** Luna comeditur Pascha. Unde quia **xxii.** die mensis Parmothi, qui est **xv. Kalend. Maias**, dominico die, **xiv.** Luna contingit; non autem convenit die Dominico jejulare: quia hoc Manichæorum est proprium: consequens est in proximam tendere septimanam; intra quam, ut diximus, habemus & **xv.** Lunam, quando crucifixus est Dominus, & **xvi.** Lunam, simul & **xvii.** Lunam, quando resurrexit à mortuis. ita ut **xxviii.** die mensis Parmothi, qui est **ix. Kal. Maias**, vespere Sabbati jejunia pro more solvamus, & sequenti Dominico, **xxix.** die mensis ipsius, qui est **viii. Kal. Maii**, festum Paschale celebremus. Illud etiam necessarium vobis innotescimus, quod & in futuro **cclxv.** anno ab imperio Diocletiani, **xiv.** Luna rursus occurrente **xxiii.** die mensis Parmothi, qui est **xiv. Kal. Maii**, Dominicum Pascha **xxviii.** die mensis ipsius, qui est **vii. Kal. Maias**, Domino præstante celebrabitur. Sed nonnulli subtilitatem Paschalis compoti forsitan ignorantes, Judaicis seducti fabulis, æstimabunt nos in secundum mensis recedere, si festivitatem eatenus exigamus. nescio profus unde hoc affirmantes. Nam **xiv.** Luna ipsius mensis occurrente, **xxii.** die mensis Parmothi, qui est **xv. Kal. Maii**; quomodo querelam sustinebimus, quin secundo mense Pascha celebremus? Judæi namque ignorantes Dominum tempus quoque Paschæ ignorant. Unde sapius à primo mense recedunt, & in **xiii.** mense Pascha celebrare aliquatenus arbitrantur. Sed beatissimi patres nostri cyclum decemnovennalem certis assignantes, quem violari impossibile est, velut crepidinem, ac fundamentum, & regulam hunc decemnovennalem compotum statuerunt. non juxta Judæorum nunc indoctas, atque ineptas actiones; neque secundum exterorum putativam, fictamque prudentiam; sed secundum gratiam Spiritus sancti instituti in revolutione sapè memorati decemnovennalis circuli, **xiv.** Paschales Lunas diligentius annotarunt. His itaque confectis, illud etiam oportet attendere, quod errent nimum qui primi mensis initium lunaris cursus à **xxv.** die mensis Phamonth, qui est **xii. Kalend. April.** omnino esse constituunt: eo quod tunc initium verni temporis ab his, qui hoc invenire valuerunt, cum omni diligentia præfixum esse videatur. & manifestè quidem secundum cursum Solis, **xxv.** die mensis Phamonth, qui est **xii. Kalend. April.** æquinoctium esse cognoscitur. Sed non oportet ab hoc æquinoctio primi mensis exordium, juxta cursum Lunæ profus affigere. Alioquin per omnia Solis circulo Lunæ discursus concordare debuerat. Verum quia cunctis habentibus intellectum certum est, quod velocissimum Lunæ motum cursus Solis minimè conseqnatur; æge jam nunc breviter Deo præstante dubios instruamus, quod in secundum mensis nullo modo possimus excedere. Si enim in æquinoctio, id est **xxv.** die mensis Phamonth, qui est **xii. Kalend. April.** juxta cursum Lunæ, mensis constitueretur initium, rationis esset opinari nonnullos in secundum mensis nos posse recedere. Nunc autem, quia **xv.** Luna primi mensis per octavam Indictionem, quæ ventura est **xxii.** die mensis Parmothi, qui est **xv. Kalend. Maii** invenitur; certum est, quod initium ejusdem mensis primi juxta Lunæ cursum nono die Parmothi, qui est **prid. Non. April.** occurrat. Cum ergo **xiv.** Luna **xxii.** die mensis Parmothi invenitur, qui est **xv. Kalend. Maii**, Dominicum Pascha **xxix.** die mensis ipsius Parmothi, qui est **viii. Kal. Maii** celebrantes, in secundum mensis minimè recedimus; cum Lunam tunc **xxi.** indubitatè habeamus. Quomodo igitur excurreremus in mensis secundum, quandoquidem initium primi mensis juxta Lunæ cursum, sicut paulò antè dictum est, **ix.** die mensis Parmothi, qui est **prid. Non. April.** existat, & **xiv.** Luna **xxii.** die mensis ipsius; id est **xv. Kalend. Maiarum** die proveniat. Hoc autem ita declarato, certum est, quod in secundum mensis nullatenus excurramus **xxix.** die mensis Parmothi, qui est octavo **Kal. Maii** Dominicum Pascha celebrantes. Cognoscant itaque per tuam sanctitatem, qui in illis partibus ambigunt, quod legitime per octavam In-

ditionem Pascha peragimus. Propterea enim scripsit Patrum, & in hoc Ecclesiasticas formulas subsequens & exinde occasiones rei hujus allumens. Sic namque & præcursores nostri, siquando dubietas orta est, prædicere festinabant; ut ubique consonanter ageretur sancta festivitas. Quod etiam nunc juxta præfixam consuetudinem credimus in Domino predicari in Ecclesiis, unam fidem; unum Baptisma; unam solemnitatem sacratissimam Paschalem ab omnibus Christianis ubique celebrari in Christo Jesu Domino nostro: quia in ipso vivimus, & movemus, & sumus. Transfere verò hanc Epistolam in Latinæ vocis eloquium non satis certum esse putavimus; ne forte Græcizantes potius apud nos, nec etiam valentes hæc diligenter exprimere, laderent veritatem propter informem sermonem, atque congruum: & qui forte non ita possit ardentem, scienterque transferri, sicut causa poscebat. Saluta eam, quæ tecum est, fraternitatem. te quæ nobiscum est, salutem in Domino. Et alia manu: Valere te, & nostri meminisse Domine precor dilectissime, & desideratissime.

EPISTOLA PRIMA DIONTSII EXIGUI.

DOMINO beatissimo, & nimium desideratissimo Patri Petronio Episcopo, Dionysius Exiguus. Paschalis festi rationem, quam multorum diu frequenter à nobis exposcit instantia, nunc adjuti precibus vestris explicare curavimus, sequentes per omnia venerabilium **cce. x.** & **viii.** Pontificum, qui apud Nicæam civitatem Bithyniæ contra vesaniam Arii convenerunt, etiam rei hujus absolutam veramque sententiam, qui quartas decimas Lunas Paschalis observantia per **x.** & **ix.** annorum redeunte semper in se circulum stabiles immotatque fixerunt: quæ cunctis seculis eodem quo reponuntur exordio sine varietatis labuntur excursum. Hanc autem regulam præfati circuli non tam pericia seculari, quam sancti Spiritus illustratione sanxerunt, & vel ut anchoram firmam & stabilem huic rationi lunaris dimensionis apposuissent cernuntur. quam postmodum nonnulli vel arrogancia despicientes, vel transgredientes infentia, Judaicis induciti fabulis, diversam atque contrariam formam festivitatis unica tradiderunt. Et quia sine fundamenti soliditate non potest structura ulla consistere, longè aliter in quibusdam annis Dominicum Pascha, & Lunæ compotum præfigere maluerunt, inordinatos circulos ordientes, qui non solum nullam regulam stabilitatem: verum etiam cursum præferrent errore notabilem. Sed Alexandrinæ urbis Archiepiscopus beatus Athanasius, qui etiam ipso Nicæno concilio tunc sancti Alexandri Pontificis Diaconus, & in omnibus adjutor interfuit: & deinceps venerabilis Theophilus, & Cyrillus ab hac Synodi veneranda constitutione minimè desciverunt. Immo potius eundem decemnovennale circulum, qui enneacadeçætera Græco vocabulo nuncupatur, sollicitè retinentes, Paschalem cursum nullis diversitatibus interpolasse monstrantur. Papa denique Theophilus e. annorum cursum Theodosio seniori principi dedicans, & Sanctus Cyrillus cyclum temporum **xc.** & **v.** annorum componens, hanc sancti Concilii traditionem ad observandas quartas decimas Lunas Paschales per omnia servaverunt. Et quia studiosis, & quærentibus scire quod verum est, debet ejusdem circuli regula fixis inhaerere, hanc post præfationem nostram credidimus adscribendam. **xv.** autem annorum hunc cyclum studio, quo valuimus, expeditè contendimus: ultimum ejusdem beati Cyrilli, id est quintum circulum, quia **vi.** adhuc ex eo anni supererant, in nostro hoc opere præferentes: ac deinde quinque alios juxta normam ejusdem Pontificis, immo potius sæpèdicti Nicæni concilii nos ordinasse profiteamur. Quia verò sanctus Cyrillus primum cyclum ab anno Diocletiani **cliiii.** cepit, & ultimum in **ccxvii.** terminavit: nos à **ccxviii.** anno ejusdem Tyranni potius quam Principis inchoantes, nolimus circulis nostris memoriam impij & persecutoris innectere. sed magis elegimus ab Incarnatione Domini Jesu Christi annorum tempora prænotare: quatenus exordium spei nostræ notius nobis existeret, & causa reparationis humanæ,

humanæ, id est passio redemptoris nostri evidentius eliceret. Hoc præterea legorem putavimus admonendum, quod circulus iste **xc.** & **v.** annorum, quem fecimus, cum finito tempore in id ipsum reverti cõperit, non per omnia propositam teneat firmitatem. Nam licet anni Domini nostri Jesu Christi ordinem suum continuata serie custodiant, & Indictiones per annos **xv.** solita revolutione decurrant, epactas etiam, quas Græci vocant, id est adjectiones annuas lunares **xi.**, quæ **xxx.** dierum sine se redeunt, fixis regulis invenias annotatas, decemnovennale quoque recursum & Paschales quartas decimas Lunas eadem omnium ævorum revolutione reperias: tamen tenorem similem constantia nequeunt custodire concurrentes dies hebdomadam, & dies Paschæ Domini, Lunæque ipsius diei Dominicæ. Concurrentium autem hebdomadam ratio, quæ de Solis cursu provenit, septeno annorum jugi circuitu terminatur. In quo per annos singulos usum numerare curabis. in eo tantummodo anno, in quo bisextus fuerit, duos adjicies. quæ causa etiam facit ut non per omnia circulus iste **xv.** annorum suo recursum concordari videatur. Nam cum in ceteris annis non differant, in his aliis solis, in quibus se bisextus interferit, Pascha dominicum cum sua Luna vario modo rationis occurrit. Sed hi qui ordine fixo per omnia decurrunt tempora, mobilium casuum sua stabili circuitione sine ulla possunt difficultate dirigere. Et ideo post expletionem **xv.** annorum, cum harum rerum diligens ad exordium redire voluerit, non ad quintum cyclum S. Cyrilli, quem nobis necessariò proposuimus: sed ad nostrum primum vigilanter excurat. & ordine, quo diximus, per eos, qui firmum cursum retinent, eorum progressum qui videntur titubare sustentent. Illud quoque non minori cura notandum esse censuimus, ne in primi mensis agnitione fallamur. Hinc enim penè cunctus error discrepantiæ Paschalis exoritur, dum temporis initium ignoratur. Nam cum Dominus omnipotens hanc sacratissimam solemnitatem celebrandam filiis Israël, qui ex Ægyptia servitute liberabantur, indiceret, ait in libro Exodi ad Moysen & Aaron in terra Ægypti. Mensis iste principium mensium primus erit in mensibus anni. Itemque ibidem: Primo, inquit, mense **xiiii.** die mensis ad vespertum comedetis azyma usque ad **xxi.** ejusdem ad vespertum. In Deuteronomio quoque idem legislator Moyses ita populum de hac re commonet dicens: Observate mensis novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Pascha Domino Deo tuo quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto noctu. Tanta hac auctoritate divina claruit primo mense **xiv.** die ad vespertum usque ad **xxi.** festivitatem paschalem debere celebrari. Sed quia mensis hic unde futurat exordium, vel ubi terminatur, evidenter ibi non legitur, præfati venerabilis **cce.** decem & **viii.** pontifices antiqui moris observantiam, & exinde à sancto Moysese traditam, sicut in septimo libro Ecclesiasticæ referitur historice, solertius invigilantes, ab **vi.** Idus Martii usque in die nonarum Aprilium natam Lunam face-re dixerunt primi mensis exordium: & à **xii.** die **Kal. Apr.** usque in **xiv.** Kalendas Maias Lunam **xiv.** solertius inquirendam. Quæ quia cum Solis cursu non æqualiter volvitur, tantorum dierum spatium occursum vernalis æquinoctii conseqnatur, qui à **xii.** Kalendarum Aprilium die cunctorum orientalium sententis, & maxime Ægyptiorum, qui calculationis præ omnibus gnari sunt, specialiter annotatur. In quo etiam si Luna **xiv.** Sabbato contigerit: quod semel in **xv.** annis accidere manifestum est: sequenti die Dominico, id est undecimo **Kal. Aprilis** Luna **xv.** celebrandum Pascha eadem sancta Synodus sine ambiguitate firmavit. Hoc modis omnibus commonens, ut ante **xii.** Kalendas Aprilis Lunam **xiv.** paschalis festi nullus inquireret, quæ non primi mensis, sed ultimi esse constaret. Sed nec hoc prætereundum esse putavimus, quod nimis errant, qui Lunam peragere cursum sui circuli **xxx.** dierum spatii æstimantes, duodecim lunares menses in **ccclx.** diebus annumerant. quibus etiam quinque adjiciunt, quos intercalares appellavit antiquitas, ut Solarem annum adimplere videatur. Cùm diligens inquisitione veritatis ostenderit in duobus Lunæ circulis non **ix.** dies, sed **lix.** debere numerari. Ac per hoc in **xii.** lunaris mensibus **ccclx.** dierum summam colligi. cui epactas Ægyptii annuas; id est **xi.** dies accommodant; ut ita demum

EPISTOLA DIONTSII II. de ratione Paschæ.

DOMINIS à me plurimum venerandis Bonifacio primicerio notariorum, & Bono secundicerio, Dionysius Exiguus salutem.